Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ecce enim angelus dñi accepta sen
tentia ab eo: scindet te medium. Et
post modicum alter seniorum ait.
Sub prino. Dixitq; ad eum daniel.
Recte mentitus es & tu in caput tuũ.
Manet enim angelus domini gladiũ
habens: ut secet te medium. Quia
hebrei reprobant hystoriam susannę.
dicentes eam in danielis uolumine
non haberi: debemus diligenter in
quirere nomina cini & prini quę
latini ilicem & lentiscum interpre
tantur si sint apud hebreos. & quam
habeant ΕΘΙΜΟΛΟΓΙΑΝ: ut a cyno
scissio. & a prino sectio siue serratio
dicatur lingua eorum. Quod si ñ
fuerit inuentum: necessitate coge
mur & nos. eorum acquiescere sen
tentię qui greci tantum sermonis
hanc uolunt esse ΠΕΡΙΚΟΠΕΝ. quę
grecam tantum habeat ethymolo
gian. & hebraicam non habeat.